Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



34

Sicut in dieb: noe: Ita erit & in dieb: filii hominis. Manducabant
bibebant. Nubebant. uxores ducebant: donec intrauit noe in arca.
Uenit diluuium. & perdidit omnes. Sed quia ea res gesta & iam rem
futuram significabat: ideo ibi diluuium & baptismum significauit
fidelib: & infidelib: poenam. Sicut in figura non rei gestae
sed tantummodo dictae quod de lapide scriptum. ē. quod signifi
catus. ē. xp̄s. Duoq: dam praenuntiata sunt. Et infidelibus
offendiculum: & fidelib: aedificium. Aliquando autem in eadē
figura uel gesta uel dicta. & iam duae res unum aliquid significant:
sicut fideles significauerunt ligna. quae in arcae fabricā coapta
ta sunt. Eosdemq: & iam octo animae. quae in eadem arca libe
ra te sunt: quomodo in illa euangelica similitudine. De ouili idem
ipse xp̄s. ē. & pastor & ianua. Nec moueat ad inpedimentum istū
intellectum: quod eundem xp̄m dixit apostolus p&rus. Praedi
casse illis in carcere conclusis qui quondam non crediderunt in dieb:
noe: ut ideo non arbitremur hoc intellegendum. quia illo tempore
nondum uenerat xp̄s. Nondum enim uenerat: sed in carne sicut
uenit quando post haec interra uisus. ē. & cum hominib: conuersatus
est. Uerum tamen ab initio generis humani: uel ad arguendos
malos. sicut ad cain ac prius ad ipsum adam uxoremq: eius: ⁊ ad con
solandos bonos: uel ad utrosq: ammonendos. ut alii ad salutem suā
crederent: alii ad poenam suā non crederent. Ipse utiq: non in carn̄
sed in sp̄u ueniebat. uisi congruis: alloquens quos uolebat. sicut uo
lebat. Quod autem dixit in sp̄u ueniebat: & ipse quidem filius
in substantia dīitatis. Qn̄m corpus non est: utiq: sp̄s. ē; sed quid facit
filius sine sp̄u scō. uel sine patre: cum inseparabilia sint omnia
opera trinitatis. Ipsa quoq: scripturae uerba de quib: agitur.
satis hoc ut puto indicant eis. qui diligenter adtendunt. Quia xp̄s
in quid semel pp̄eccatis nr̄is mortuus est. iustus pro iniustis: ut uos ad
ducat dō; Mortificatus quidem carne: uiuificatus autem sp̄u.